



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus XXXI. De Confessis. His rite tractatis sequitur finis Judicij, quem
explicat

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](#)

aut Facultatis Juridicæ 88.). Ultimato videtur in hac re sentiendum esse, sicuti loqui solemus de Sententiis latiis ex Instrumento, quod postea deprehenditur falsum.

TITULUS XXXI. DE CONFESSIS.

Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 18.

In Sext. Tit. 9.

§. 419.

POSTQUAM de Probationibus, earum- Confes-
que variis speciebus actum est, di- fionis ma-
cendum venit de præcipuo modo, quo *xima*
quis ab onere probandi sublevatur, sci- vis :
licet de Confessione adversæ partis,
quæ tantam habet autoritatem in ju-
dicio, ut non solum liberet Actorem
a probationis molestia, sed etiam ad-
mittatur ad enervandas probationes,
quibus maxima vis inesse censetur,
scilicet contra Præsumptionem Juris
& de Jure, contra sententiam, quæ
transiit in rem Judicatam. Præsumptio
enim Juris & de Jure fundata est su-
per re dubia, quam pro vera statue-

L 13 runt

88.) CARPZOV. loc. cit. def. 2. BRUNNE-
MAN Proc. Civil. c. 27.

534 *Sect. I. Tit. XXXI.*

runt Leges, cum veritatem incognitam haberent, Confessione autem partis detegitur veritas, cui cedit rei dubiæ opinio: unde *Confessos in jure pro judicatis haberi placuit* 89.).

Divisio.

§. 420. Est autem *Confessio Asseveratio illius*, quod ab *Adversario* intenditur. Dividitur I. in *Judiciale* & *Extrajudiciale*. II. in *spontaneam*, & *extortam*. III. in *simplicem*, & *qualificatam*. IV. in *expressam* vel *tacitam*. De singulis pauca subjicimus.

Extra-judicialis an probet?

§. 421. *Judicialis Confessio* dicitur, quæ fit in *Judicio* & coram *Judice* *competente*, pro quo habetur etiam *Arbiter*, non tamen *Arbitrator*. *Extrajudicialis* est, quæ vel non fit in *Judicio*, vel coram *Judice* non *competente*. Hoc regulariter se sola non plene probat, neque sufficit ad *condemnandum*. In *Civilibus* semiplene probat, si sit *discreta* cum *expressione causæ*, ex qua ortum est *debitum*, aut *præsente Adversario*. In *Criminalibus* potest sufficere ad *torturam*, *juxta communem opinionem*. Plene autem in *Civilibus* probat, si sit *jurata*; si facta ad *causam piam*; si fuerit *repetita*

89.) L. un. C. de *Confess.*

petita post aliquod intervallum; si facta publice; si cum expressione causæ in scripto, vel præsente Adversario; si facta a moribundo, præsertim exoneranda conscientiæ causa, nisi forte ex circumstantiis contrarium apparet. In Criminalibus autem Confessio extrajudicialis talibus adminiculis adjuta potest sufficere ad pœnam extraordinariam, præsertim circa delicta, quæ solo animo committuntur.

§. 422. *Confessio Judicialis*, edita *An Judicis a majorenni*, contra seipsum, cum *cialis?* pleno usu rationis, in *Judicio*, præsente *Adversario*, de *re litigiosa*, non repugnans causæ favorabili, *Juri* aut rerum naturæ, plene probat contra *confitentem*, modo in *Criminalibus* constet de corpore delicti 90.). Post *talem Confessionem* in *Criminalibus* sequitur *sententia Judicis*: sicut etiam in *Civilibus*, saltem in *Processu ordinario* post *litis contestationem*: in *Summario* autem, vel ante *litis con-*

L 1 4 te-

90.) *Glossa in C. fin. de Confess. has conditiones complectitur duobus versiculis,*
Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus sit,
& hostis:
Certum, siisque, favor, jus nec natura repugnet.

testationem sufficit præceptum Judicis
de solvendo absque formalí sententia.

An Reus §. 423. Hæc dicta sunt de Confes-
criminis sione sponte facta : alia est Confessio
teneatur dolose elicita a Judice, vel facta pro-
fateri missione impunitatis, vel per quæ-
verita- stiones captiosas, quibus respondens
tem? inducitur ad perplexitatem, vel deni-
que extorta per metum aut per tortu-
ram. Confessio dolose elicita, non
nocet confitenti : de ea quæ obtine-
tur per torturam, redibit sermo in
Sectione II. ubi de Processu Criminali.
Interim supposita qualicunque æqui-
tate, & usu torturæ, dubium move-
tur, an Reus legitime interrogatus a
Judice, teneatur fateri veritatem, &
crimen perpetratum, si sciat, de indi-
ciis quidem constare, se tamen non
posse plene convinci, nec ordinaria
mortis pœna affici absque propria con-
fessione. Obligatio facendi crimen,
& hac confessione sibi mortem con-
sciscendi, videtur valde dura, & su-
pra vires hominis ad servandam vitam
suam instinctu naturali obligati. E-
contra si Judici competit jus exquiren-
di veritatem, eamque violentis & se-
verissimis modis extorquendi, videtur

ad

ad hoc jus consequi in Reo obligatio-
nem pandendi veritatem; nam jus u-
nius infert obligationem alterius. Vel
igitur *Judex* non habet jus exquiren-
di veritatem, præsertim admotis tru-
culentis tormentis in causa capitali;
vel *Reus* habet obligationem manife-
standi veritatem. Non video, quo-
modo excusari quis possit a formalii
mendacio, qui *legitime* interrogatus ne-
gat crimen: quæcunque enim & quivo-
cationes fingantur, si credimus, per eas
posse palliari veritatem; eo ipso in-
ferimus, *Judicem* non habere jus in-
quirendi veritatem. Permittunt ali-
qui *Juris naturalis* corruptores falsi-
loquium: nec hoc tamen nomine di-
gnantur dictum, quo eluditur inter-
rogatio *Judicis* legitima: istud enim
alio, quam sub infamis mendacii no-
mine vix prodire potest.

§. 424. Tertio dividi Confessionem *Confessio*
diximus in Simplicem & Qualificatam. *qualifica-*
Simplex est, quando quis fatetur pu-
ta quo-
re & sine limitatione. E. G. mutuum, *modo ac-*
quod *Adversarius* repetit, accepi: *ceptetur?*
Delictum, de quo interrogor, per-
petravi. *Qualificata* est, quando quis
fatetur cum *Clausula* modificantे &

L 15 re-

restringente. E. G. Mutuum accepi quidem, sed jam restitui: occidi, sed pro necessaria vitæ meæ defensione. Difficultas versatur in eo, an talis confessio qualificata, a Judice acceptari possit aut debeat quoad substantiam, & rejici quoad qualitatem? Pro resolutione sciendum, aliquas qualitates supponere actum omnino distinctum a primario actu, de quo quaeritur. In dato exemplo restitutio mutui fit per actum omnino distinctum ab acceptance mutui: unde asserens **restitutionem**, debet eam probare: acceptatur igitur confessio de mutuo, rejecta qualitate restitutionis, donec probetur. Potest etiam acceptari confessio de occisione, rejecta qualitate defensionis necessariæ, quia hæc defensio dicit præviam Adversarii oecisi aggressionem, quæ non supponitur, sed probari debet. Nonnunquam id, de quo quis quaeritur, & qualitas adjecta, fit per unicum eundemque actum; & talis confessio non acceptatur aliter, quam cum sua qualitate. Sic si quis fateatur acceptum mutuum sub obligatione restituendi post triennium, non potest Judex rejecta hac qua-

qualitate obligare ad restitutionem ante elapsum triennium , nisi Creditor probet , talem conditionem non esse adiectam : probare hoc Creditor s^epe potest ex pr^asumptione , statuto , consuetudine , quæ adjectionem talis qualitatis faciunt illicitam , vel saltem improbabilem .

§. 425. Quarta divisio distinguit *Confessio* *Confessionem* in *expressam & tacitam*. *expressa* Tacita vel singitur a Lege , vel con- vel tac- tingit ex facto , quod Pr^asumptionem ta- ingerit. Talis s^epe est fuga post li- tem contestatam , silentium ad articu- los aliquos , productio cujusdam In- strumenti ; nam producens censemur fateri omnia , quæ in eo continentur. Porro *Confessio* in judicio sponte fa- cta regulariter revocari non potest , nisi probetur error , vel alia causa , quæ talem confessionem redde- ret infirmam aut nullam.

TI-